

<b>Populo Dei 259</b>	<b>1980 Schema Codicis 368</b>	<b>1982 Schema Codicis 401</b>	<b>1983 CIC 401</b>	Post
<p>§ 1. <i>Episcopi dioecesani aliquique ipsis iure aequiparati, qui septuagesimum quintum aetatis annum expleverint debent renuntiationem ab officio exhibere Summo Pontifici, qui, omnibus singulorum casuum inspectis adiunctis, providebit.</i></p> <p>§ 2. <i>Enixe rogantur Episcopi dioecesani, qui ob infirmam valetudinem aliamve gravem causam officio suo adimplendo minus apti evaserint, ut vel sua ipsi sponte vel a competenti Auctoritate invitati, renuntiationem ab officio exhibeant.</i></p>	<p>§ 1. <b>Episcopus dioecesanus,</b> qui septuagesimum quintum aetatis annum expleverit, renuntiationem ab officio <b>exhibeat</b> Summo Pontifici, qui omnibus inspectis adiunctis providebit.</p> <p>§ 2. Enixe <b>rogatur Episcopus dioecesanus</b>, qui ob infirmam valetudinem aliamve gravem causam officio suo adimplendo minus <b>aptus evaserit</b>, ut renuntiationem ab officio <b>exhibeat.</b></p>	<p>§ 1. Episcopus dioecesanus, qui septuagesimum quintum aetatis annum expleverit, <b>rogatur ut</b> renuntiationem ab officio exhibeat Summo Pontifici, qui omnibus inspectis adiunctis providebit.</p> <p>§ 2. Enixe rogatur Episcopus dioecesanus, qui ob infirmam valetudinem aliamve gravem causam officio suo adimplendo minus aptus evaserit, ut renuntiationem ab officio exhibeat.</p>	<p>§ 1. Episcopus dioecesanus, qui septuagesimum quintum aetatis annum expleverit, <b>rogatur ut</b> renuntiationem ab officio exhibeat Summo Pontifici, qui omnibus inspectis adiunctis providebit.</p> <p>§ 2. Enixe rogatur Episcopus dioecesanus, qui ob infirmam valetudinem aliamve gravem causam officio suo adimplendo minus aptus evaserit, ut renuntiationem ab officio exhibeat.</p>	
Comm 12: 308	Relatio 107, Comm 14: 208			